

<sup>10</sup> 1. diff. 7. q. 1. n. 1. qui enim eligit aut postulat, nominat quoque personam electam aut postulat. Quandoque accipitur strictè pro illa consultatione, quā Capitulum antecedenter ad Electionem nominat unam vel plures personas, qua ceteris habiliore ad Prelaturam videntur, de qua consultatione actum in cōd. cap. 1. à num. 222. Tamburinus cit. q. n. 2.

<sup>2</sup> Quandoque adhuc strictius accipitur pro presentatione, quam facit Patronus, unam personam, si Ecclesiasticus; vel plures, si Laicus

fit, ad beneficium vacans, quodcunque demū sit, simplex, vel curatum, nominandō, de quo in cōd. cap. 1. n. 9. & Interpretes ad Lib. III. Decretal. tit. de Infītis. & Jure Patronis. Leuren. in foro benef. part. 2. cap. p̄ram. q. 10. n. 2. Quandoque demū strictissimè accipitur Nominatio, & solam designationem personæ ad Prelaturam Ecclesiasticam viduata comprehendit. Tamburinus d. n. 2. Et, cū ea acceptio proposito faveat, in illius seni.

## S. II.

### Definitio Nominationis.

**D**efinitur Nominatio, quod sit assumptio personarum ad Prelaturam Ecclesiasticam viduata ad Superiorē non-collegialiter directa.

<sup>6</sup> Dixi I. *Assumptio personarum*. In quibus non-minibus partim convenientiam Nominationis cum aliis acquirendi modis subjeci, juxta cap. 1. n. 8. partim & inconvenientiam adumbravi, dum per reliquos modos una duntaxat persona; per Nominationem vero quandoque etiam plures possunt designari, non quidem ut plures in Dignitate simul confituantur, sed illa ex illis, que Superiori magis placuerit, assumuntur. Tamburinus d. q. 1. num. 2.

<sup>7</sup> Dixi II. *ad Prelaturam Ecclesiasticam viduata*. Ut Nominationem à presentatione ad beneficia considerata.

## S. III.

### Assignantur Tituli, ex quibus jus nominandi acquiritur.

<sup>10</sup> **J**us nominandi acquiritur I. ex speciali induito & privilegio Summi Pontificis. Tale privilegium habent I. Reges Galliae, qui possunt multas altercationes, concertationes & deliberationes, quibus antechac prouisum erat Prelaturis Gallicanis, tandem anno 1515. (ut scribunt alii) anno 1516. ex Concordatis, inter Leonem X. Pontificem, & Franciscum I. Bononit conclusi, jus acceperunt, persona idoneas ad omnes Episcopatos, nec non Abbatias perpetuas (paucis exceptis, quarum meminit Tamburinus d. diff. 7. q. 1. n. 3. & seqq.) in Regno Galliae, Delphiniat, & Comitatu Dieni at Valentinen, vacantes, nominandi, reservata Pontifici facultate, nominationes, at Regibus factas, confirmandi. Eminentiss. Card. Colesfinus Sfondrati Regal. Sacer. in pralnd. §. 1. sub n. 13. pag. 105. Lotter de Re benef. q. 15. n. 3. Pax Jord. d. l. 10. s. 2. n. 67.

<sup>11</sup> Tale privilegium II. habere Reges Hispanie, quod nempe plorosque Regnum suorum Antilites ad Ecclesiasticas Cathedrales nominare, & Summo Pontifici confirmando praesentare valeant, attestantur Covarruv. ad cap. p̄fessor. part. 2. §. 10. n. 5. & Barbola de Off. & pot. Epis. part. 1. tit. 1. cap. 3. àn. 27. Lotter d. l. n. 32.

<sup>12</sup> Tale privilegium habuisse III. Romanorum Imperatores, constat ex cap. Hadrianus

22. & cap. seq. Diff. 6. & dictum est in cap. 1. an. 48. & 670. idque sepius & diversimodo ab illis usurpatum fuisse, usque dum in Concilio Generali Lateranensi, atque etiam in Comitatu Wormatiensem sub annu 1122. ab Henrico IV. cum Statuim Imperii assensu Electiones Episcopales in plenissimam libertatem asserentes, & ab omni Caesario consensu exemptae sunt, salva tamen Feudorum & Regalium investitura, per sceptrum facienda, docet cit. Cardin. Sfondrati d. loc. pag. 104. & seq. Quod ipsum etiam affirmat Henricus Linckius in Commentarij ad Decretales Lib. I. tit. VI. de Elec. §. 4. quem reliqui Publicistæ & Scriptores Catholicæ, non tamen sine aculeo in Pontificem, sequuntur. Contra quos repetantur dicta in cap. 1. àn. 630.

II. acquiritur jus nominandi ex jure patronatis. Quando enim Ecclesia Collegiata, Conventualis, aut Cathedralis, ab aliquo fundata, extructa, aut dotata est, potest ab eo jus patronatus, seu ius praesentandi & nominandi Prelatum, accidente factum Ordinarii consensu, reservari, prout colligitur ex cap. nobis fuit 25. q. n. 5. aliter de sua jurisdictione obtinet de Jure Patronat. & tenet Gonzalez ad cap. faciofanta 51. de Elec. n. 10. quem in tract. de Prescript. cap. 4. n. 469. retulimus. Teneamus quoque Covarruv. cit. §. 10. n. 5. Barbola cit. tit.

### Assignantur Tituli, ex quibus jus nominandi acquiritur. 387

<sup>13</sup> 1. cap. 3. n. 33. & seq. Tamburinus cit. diff. 7. q. 5. n. 1. & seqq.

<sup>14</sup> Dixi : accidente factem Ordinarii consensu.

Nam Card. de Luca, quantumvis de Jure Patron. Diff. 1. sub n. 6. dif. 20. n. 16. dif. 68. n. 8. & seqq. admittat, in limine fundacionis à Patrone reservari posse conditions, etiam Juri communis fragantes, folius Ordinarii consensu probabitur per textus in cap. p̄ram. 23. de Jure Patron. cap. quanto 16. de Censib. cap. verum 4. de Condit. appos. attamen in cōd. l. dif. 467.

<sup>15</sup> n. 14. consensum apostolicum efflagitat; patrocinante eidem Rota Rom. in rec. p. 5. de cōd. 553. n. 6. & seqq.

<sup>16</sup> III. acquiritur ex prescriptione temporis 16 immemorialis, velut deducitur ex Trident. Concil. dif. 25. de reform. cap. 9. & resolutione Rotæ in rec. p. 7. dec. 29. àn. 9. ac cum Covarruv. cit. §. 10. num. 4. traditum Barbola cit. cap. 3. num. 28. & 33. & Tamburinus cit. q. 5. àn. 5. Renomorentur dicta de Prescript. cit. l. an. 467.

## SECTIO II.

### De Conditionibus, in Nominatione servandis.

#### SUMMARIA.

<sup>17</sup> 1. Nominanda est persona idonea. 18. & seq. Et Graduaria, si Regis Gallia nominent Episcopum. 20. Intra etiam, si alii Regis nominent. 21. Alia qualitates in Abbatibus desiderantur. 22. In Nominatione dignior est preferentiam. 23. Debet Nominatus presentari Superiori. 24. & seq.

#### S. I.

### Qualis persona fit nominanda?

<sup>17</sup> **U**t Nominatio legitimè fiat, nonnullæ conditions obleviandæ sunt, quarum prima est, ut nominetur persona idonea. Centetur autem persona idonea I. si non tantum virtutis, quibus eligendam carere debere in cap. 1. scđ. 3. & 4. latè differt est, definita, sed etiam qualitatibus virtutis, quas in eliendo cit. scđ. 1. 2. & 3. exigimus, exornatasit.

<sup>18</sup> II. ex specialibus Regum Gallie Concordatis per Francicum I. cum Leone X. exercit. oportet personam, ad Ecclesiasticas Cathedrales nominandam, esse virum gravem, Magistrum seu Licentiatum in Theologia, ac in uro que Jure, seu in alteruoro Jurium Doctorum aut Licentiatum, in Universitate famosa, & cum rigore examini. & in 27. ius etatis anno ad minus confirmatum. Pax Jord. d. Leuren. in foro benef. p. 2. cap. p̄ram. q. 10. n. 4. Excepti consanguineis Regis, ac personis sublimibus, nec non Religiosis ex Ordine Mendicantium reformatis, eminenti scientie & excellenti doctrina, ex Regula sui Ordinis Graduum Academicorum in capacibus, in quibus ex causa rationabiliter & legitima, in Nominatione & literis Apostolicis exprimenda, circa Gradum fieri potest relata.

<sup>19</sup> 20. Similes ferè personæ à Rege Catholicó, aliisque Regibus & Principibus esse nominandas, deducuntur ex Concil. Trid. scđ. 22. de reformat. cap. 1. ubi praescribitur, ut, quicunque post hac ad Ecclesiasticas Cathedrales, eximis operam suam prestat, horriatur & monet, ut in primis meminerint nihil sed ad Dei gloriam & populorum salutem utilia posse facere, quam si bonis Pefforibus & Ecclesiæ gubernandoido-nes, promovere sicutantur; eosque ait peccatis communicante mortaliter peccare, nisi, quos dignioris & Ecclesiæ magis utilis ipsi iudicaverint, non quidem precib⁹ vel humano afflito aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint. Relegantur scripta in cap. I. àn. 270. ubi plura de Electione dignoris habentur.

#### S. II.

### Cui persona nominata sit presentanda?

<sup>21</sup> A d conditions, in Nominatione servandis, pertinet secundò præsentatio-

ficatione proponit. Et, spectatò antiquiori Jure, sicut electorum, sic nominatorum Episcoporum præsentatio pro Confirmatione facien-

Ccc 2

facienda esset Metropolitano, Prelatorum verbō inferiorum Episcopo Dixecano per ea, 24 iuxta in cap. 1. n. 50. scripta fuere. Spectato autem noviori jure, sicut omnes Electio-nes, sic etiam electorum Confirmationes Pa-  
per reservatae sunt, ac quoad Ecclesias Cathe-drales & Regularis exempta manerunt, postquam deinde per specialia Concordata

seu Elecio seu Nominatio ad alios tum Sae-culares tum Ecclesiasticos devoluta est. Ut 25 propterea in omnibus Regnis, ubi jus nomi-nandi in uero eit, nominatus Summo Pontifici presentari debeat, quatenus prævia inquisi-tione in vitam, mores, dignitatem, & con-ditionem &c. Confirmationem ab eodem ac-cipiat. Tamburin. cit. dif. 7. q. 3. n. 1.

## §. III.

## Quo tempore sit facienda praesentatio?

26 Inter conditiones legitimæ Nominationis tertio recentetur tempus sex mensium, intra quod, à die vacationis numerandum, Rex Gallie, vigore Concordatorum, tenetur Summo Pontifici personam nominatam praesentare, tribus eum in finem Epistolam Romanam ablegatis; unā ad Pontificem, alterā ad Legatum Romæ residentem, tertią ad Cardinalem Protectorem Regni Francie, quatenus ed 27 celerius negotiorum expeditiar. Quidam Nominationem ob vitium personæ reculaverit Pontifex, Rex alium nominare potest intra spatiū triū mensū (vel, ut scribit Lotter cit. l. n. 32. sex mensium) à die reculatio-nis, sollicitatori Regio manifestatæ, compu-tandorum. Tamburin. cit. dif. 7. q. 4. num. 1. Leurenus d. l. n. 4. Pax Jordan. n. 67.

Quod Rege Gallie dictum est, ad Reges 28 Catholicos non spectare, Garcias de beneficio. part. 10. cap. 2. n. 34. inf. defendit: eo quod legitimā præscriptione id juris acceperint, ut nec intra tempus 4. mensium, alias Patronis Laicis pro facienda praesentatione præfixum, nec intra aliud determinatum prælentare te-neantur; idque idē: quia multis occupatio-nibus quā bellū quā pacis distīctū, non po-tuerunt certō tempore confringi.

Quod alios Reges & Principes, qui pe-29 cularibus Concordatis, pastis, præscriptio-nibus muniti non sunt, credere, ex parte rationis dicendum esse, quod intra quatuor mentes, scilicet alias Patroni Laici, Nominationē Pontifici intimare obligentur arg. cap. quoniam 3. & cap. cū proper 27. de Jure Patron.

SECTIO III.  
De Effectu Nominationis.

## SUMMĀRIA.

30. Nominatio ante admissionem Superioris tribuit ius ad rem. 31. An nominatio ante admissionem possit administrari? 32. Resp. negative. 33. An cadat iure quæsiō, si presumas admisi-

## §. I.

## Quid operetur Nominatio, nondum à Pontifice admissa?

30 Nominatio, antequam à Pontifice fuerit admissa, tribuit tantummodo ius ad rem cuius non quidem rejeti potest persona nomi-nata à S. Pontifice, si digna sit, potest ta-men ab ipsa nominante alia persona nominari, absque eo, quod injurya prius nominate irrogetur arg. cap. quod autem s. de Jure Patron. & infinitu Tamburin. cit. dif. 7. q. 1. n. 1.

31 An nominatus ante Confirmationem, si-cut electus in concordia, vice cap. n. 44. de-Elect. administrari possit? Non sine fundamento dubitari posset: quia videlicet aqua-lis ratio, ex necessitate & periculo Ecclesia-rum petita, tam pro nominato quam electo 32 militat. Quia verò dispositio illa à Jure communi exorbitat; ac præterea ius, Electio-

## §. II.

## Quidnam operetur Nominatio, à Superiori admissa?

35 Nominatio, à Superiori admissa, est loco Confirmationis vel institutionis, sive que tribuit ius in re arg. antea cit. cap. si tibi absentia 17. de Præbend. in 6. & cap. transmissione 15. de Elet.

36 Elec. Et quia ex iure resultat tum potes-tas administrandi, tum vinculum matrimonii spiritualis rati, quod habet Episcopus cum Ecclesia; haud dubiā Episcopus, ita nomi-natus & confirmatus, sortietur administrandi potestatē, eritque in ista electi & confirmati-  
tus nominandi huc transferri poterunt ex 10. 2. lib. 3. tr. de Pers. Reb. & Jur. Eccle. ubi de Jure Patronatus agetur.

Porrò quemadmodum Confirmatio strin-37

git electum, ut intra tres mensēs a die Con-

firmationis Consecrationem petat; sic quo-

que stringit nominatum. Barbosa de Off. & pos.

Episc. p. 1. tit. 1. cap. 5. n. 2. Plura de Jure

nominandi huc transfreri poterunt ex 10. 2.

lib. 3. tr. de Pers. Reb. & Jur. Eccle. ubi de Jure

Patronatus agetur.

CAPUT V.  
De Collatione.

Q uintus modus, isque ante Germania-alia-rūmque Nationum Concordata, fe-re quotidiana acquirendi Praelaturas Ecclesiasticas, est Collatio, de qua in prælenti cap.

## SECTIO I.

## De Natura &amp; Jure Collationis.

## SUMMĀRIA.

1. Collationis etymon. 2. Definitio. 3. Est li-bera aūsumptio persona. 4. Ad Praelaturam va-cantes. 5. Circa alterius presentationem &c. 6. Competit de Jure S. Pontifici. 7. Qui olim sua Collationi omnia Praelaturas reservavit. 8.

Ex speciali privilegio competere potest alius. 9. Nec non ex iure patronatis. 10. & seq. Item, ex iure prescriptionis. 12. Diversimodo prescri-bens non sit Laicus, sed Clericus ac possidentis capax.

## §. I.

## Quid sit Collatio?

1. Collatio dicitur à conferendo seu conce-dendo, venitque in Jure Caaon. in it. 8. Lib. III. Decretal. sub nomine Concessions, &

2. Definitio, quod sit libera aūsumptio perso-na ad Praelaturam vacantes, circa alterius præsentationem vel nominationem facta.

3. Dux I. lib. 1. lib. 2. cap. 34. num. 15. Wieschner ad lib. III. tit. 7. num. 5. Schmalzgrueber ibid. sub num. 6.

4. Dux II. ad Praelaturam vacantes. Nam Col-latio de se non minus ad beneficia minorā, quam majora, perinde ad beneficia simplicia,

## §. II.

## Quid Jure Collatio possit competere?

5. Odem ferè Jure, quod facultas nominandi potest aliqui competere, competit quo-que facultas conferendi. Et in primis ex Ju-re Communi fiberrima quarumcunque digni-tatum Collatio S. Pontifici competit: huic enim vero, tanquam Supremo rerum spiritua-lium Dispensatori, illimitata potestas, circa be-neficia disponit, ex officio & natura Summi Praesulatū est permitta. Rationes dace sunt in cap. 1. n. 43. & seqq.

6. Deinde ex Jure speciali, privilegiō videlicet 8 Pontificis, quin alii Praelatis Ecclesiasticis po-testas conferendi Praelaturas competere pos-sit, nullus, ut opinor, tam hospes est in Jure, ut

Ccc 3

ut nesciat. Tale privilegium ex concessione pluriū Pontificum obtinet Celsissimus S. R. I. Princeps & Archi-Episcopus Salisburgensis, quō Episcopatus quatuor, Gurensem, Chiemensem, Secovensem, & Lavantinum, omni reservatione sublatā, libertim valet conferre. Videatur Historia Salisburgensis lib. 6. pag. 984. & plur. seqq.

9. Idem ferē dicendum est de jure patronatō, quō, accedente comprobatione Apostolica, fundator, dicator, aut contructor Ecclesie Collegiate seu Conventualis, si Clericus sit, jus conferendi Prælaturam nancisci potest, ut insinuar. Magist. P. König ad tit. de Concil. Prab. l. num. 3.

10. Adhac jure præscriptionis, saltem imme-

morialis, Episcopis & ceteris Ecclesiastum Prælatis Collationem beneficiorum electivorum acquiri posse, colligitur ex Clem. un. in princ. de supplend. neglig. Pralat. Et ratio est: quia, 11. supposita capacitate possessionis, quam reipēctu juriū spiritualium certō habent Prælati Ecclesiastici, procedit regula, quōd tantum operetur præscriptio immemorialis, quantum operatur præscriptum ex dictis in tract. de Præscript. cap. 6. à n. 43. König cit. tit. n. 10. Pirhing ad tit. de Prabend. n. 86.

Quod attinet Laicos, illi titulō præscriptio, 12. nisi qualisunque, hominum quoque memoriam excedens, ob incapacitatem possessionis nequeunt ad Collationem habilitari art. dictorum cap. 1. n. 69.

## SECTIO II.

### De Objecto Collationis.

#### SUMMARI.

13. Objectum Collationis sunt Prælature. 14. In Germania reservata. 15. & seqq. Nempe dignitates, à Cardinalibus possessa. 17. & seqq. Aut ab Officialibus & commissariis Pontificis detente. 19. & seqq. Aut vacantes apud Sedem & in curia. 21. & seqq. Aut Sedis Apostolicae privatione. 23. & seqq. Aut ejusdem promotione vacantes redditae. 26. & seqq. Aut si fine

prima dignitas. 28. & seqq. Aut si per sententiam Apostolica quipiam depunatur. 30. & seqq. Non eriam si depositio fiat per sententiam Ordinarii. 32. & seqq. Opposita referuntur, & diluntur. 36. & seqq. Aliqui putant, Decanatum, à neo-electo Episcopo resignatum, fieri reservatum. 39. & seqq. Contrarium assertum, & probatur.

#### §. I.

### 'Quānam Prælaturas de facto liberē possit conferre S. Pontifex in Germania?

13. Objectum Collationis sunt Prælature Ecclesiastica, quarum plerasque Summo Pontifici per speciales constitutiones reservatas fuisse, confit ex num. 7. Quia tamen in cap. 1. num. 65. advertimus, ie Germania nostra cum Nicolao V. Romano Pontifice ex una; & Friderico III. Romanorum Imperatore rex altera parte, specialia Concordata fuissent, ac liberam facultatem Capitulorum Ecclesiastarum Germania ita fuisse restitutam, ut tamen adhuc aliqua reservatio suo in statu permanescit, non erit absire, modò speciam in recensere, quānam dignitates vi talis reservationis liberē possit conferre Pontifex.

14. Primo itaque, post Germanie Concordata, Collationi Pontificia sublunt Dignitates, quas possederunt ante obitum S. R. E. Cardinales. Textus in Concord. §. placet nobis conformiter Extravag. ad regimen 13. de Prab. inter commun. Exemplum allegat Georg Branden in collect. sacerdot. concordat. q. 16. n. 11. in Serenissimo Philippo Bavaria Duce, Episcopo Ratisbonensi, S. R. E. Cardinale &c. post cujus decepsum Capitulum Cathedrale proceperat quidem ad Electionem illustrissimi D. Sigismundi Friderici Fugger, eam tamen Sedes Apostolica casavit, atque propter singularia perfona merita non ratione Electionis, sed libera Collationis eidem Sigismundo Episcopatum Ratisbonensem concepsit.

Secundò ad Collationem Papalem spectant 17. Dignitates, per obitum alicuius Officialis vel etiam commendatis Pontifici, puta Vice-Cancellarii, septem Notariorum, Auditorum, Referendariorum, & aliorum, qui recententur in Concord. d. §. placet, vacantes. Exemplum adducit idem Branden cit. l. n. 5. in Francisco Orano, Palati Apostolici Auditore, cuius tres Prepositurae, quas in Diocesi Leonensi habebat, quantumvis elecivæ, & S. Pontifice post illius mortem liberē sunt collatae.

Tertio pro libitu confert S. Pontifex Prælatures apud Sedem & in Curia vacantes. Tales sunt Prælature eorum, qui quoru[m]cumque negotiorum causā ad Curiam Apostolicam (cujus nomine probabilis intelligitur locus, in quo cauafarum & literarum Apostolicarum audiencia est & expeditio. Wiefel. ad tit. de Prabend. n. 80.) accedunt, vel ea rediunt, quando in Curia vel extra Curiam in loco, ultra duas diætas, seu iter biduum non distante, moriuntur d. §. placet. Tales quoque sunt Prælature, quarum resignatio fit in manus Pontificis, sive resignatio à principali prælato, sive ab absente per procuratorem fiat. Corvarvus, præl. quæf. 12. §. 1. n. 42. P. Engel ad tit. de Prabend. n. 9. infin. P. Pirhing ead. tit. num. 360.

Quarto

### Quānam Prælaturas de facto liberē possit conferre S. Pontifex &c. 391

21. Quartò liberam Collationem habet Pontifex in Prælature, per depositionem, privationem, & translationem, authoritate Sedis Apostolica factam, vacantibus d. §. placet.

22. Hac de causa superiorib[us] annis Capitula Cathedralia, Frisingense, & Ratisbonense, Ecclesiæ suis, per Serenissimi Principis Clementis Episcopi ad Leonensem Ecclesiæ translatiōnem vacantibus, & propterē reservatis, ad Episcopii novi Electionem non potuerint procedere, nisi ex speciali Sedis Apostolice gratia, eligendi facultatem imperasset, ut recte adverit P. Wiefel. cit. tit. de Prab. n. 87.

23. Quinto sub liberam Collationem veniunt Dignitates, quas authoritate Apostolica promoti ad Episcopales, Archi-Episcopales, & Patriarchales Ecclesiæ, nec non Regimina.

24. Monasteriorum, possidebant, d. §. placet. Neque attendunt, an ejus generis dignitates per Electionem præviā delate sint, si modò Confirmation ad Sedem Apostolica spectet: quia vacare censerunt non à tempore facte Electionis, sed impetrata confirmationis. Wiefel. cit. l. n. 92.

Sexto liberē conferuntur Prælature tum Abbatiales, tum Episcopales, quarum Confirmation ad Sedem Apostolicam pertinet, quando Elec[tion] vel Postulatio aut debitō tempore non est celebrata; aut contra formam præscriptam instituta; aut ab indignis, vel de indignis formata; idēque à Sede Apostolica cassata, & reprobata est. Concord. in §. item placet. Pirhing ad tit. de Prab. n. 360.

Septimò Collationi Papali subiacet in Eccl[esi]is Cathedralibus proxima Dignitas post Pontificalem; & in Collegiatis major seu principialis. Concord. §. de cœteris. Talis ex hodiernis Germaniz moribus est Prepositura. P. Wiefel. cit. l. n. 103. P. Reiffenstuel ad eand. tit. n. 550. P. Schmalzgruber ib. n. 242.

Nisi forte & ipsa Propositura ex speciali indulto sit electiva, ut in Prepositura Metropolitana Ecclesiæ Salisburgensis constat ab experientia, quā primum anno 1714. die 24. Maij in Prepositum electus est Reverendiss. & illustriss. DD. Carolus Joseph. ex Comitibus de Kuenburg; & de Cathedrali Augustana testatur Branden ad Concord. q. 12. n. 2. de aliis aliis.

#### §. II.

### An libere Collationi Pontificia reservata sunt Prælature, quarum vacantia ob crimen ipsò factò inducitur per Legem communem, in corpore Juris clausam?

25. N[on] Hac quæsiōne cum Georgio Branden ad Concord. q. 10. num. 3. indubitatum habeo, quod, si Prælatura ipsò Jure propter crimen simoniae v.g. aut heresie in Jure dicitur amitti, ut in textu cap. ad abolendum 9. de Heret. & Extravag. 1. & 2. de Simon. inter commun. ac sententia declaratoria criminis (quam præcēdere debere, antequā poena per Legem dictatam locum habeat in conscienti, notum est ex tr. de Jure Legali cap. 1. n. 26.7) ab ipso Romano Pontifice, ejus Curia, vel Legato feratur, Prælatura sic amissa Collatione Pontificia reservetur. Deducitur haec resolutione evidenter ex Concordat. §. placet, ubi Pontifex omnes Ecclesiæ, per depositionem, vel privationem, per se vel sua autoritate factam, vacantes, sive dispositioni reservat, prout in num. 21. jam expressum est.

30. Si vero sententia declaratoria ab Ordinario, Episcopo, vel Archi-Episcopo feratur, contra Branden cit. quæf. 10. n. 8. cum Rebuffo, Pariseni, P. Engel ad tit. de Prab. sub num. 18. P. Wiefel ead. tit. sub num. 38. verius iudicio, amissas Prælatures non referat, sed electivas persistere. Ratio est: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis; hocque præsumptio accidit in Concordatis Germaniæ, ubi in §. de cœteris beneficiis promittit Pontifex, quod ultra casus ex-

cit. lac. I. quod videlicet stylus Curiae sit aliquid facti; adeoque probari debet. II. 34

31. quod Bullam Sixti V. sit declaratoria Concordatorum Galliæ, ac nomine relaxationis, vi cuius beneficia, per confidentiam simoniacam accepta, à reservatione speciatim excipiuntur, non tam juris dispensationem quam explicationem intelligat. III. quod contra sensum Concordatorum dicantur vacare beneficia per privationem Rome inductam, quando non Iudex, sed Lex, Roma lata, sententiam dicit: quippe cum alias plurima beneficia forent reservata, que reservata non fuisse.

#### §. III.

### An Decanatus Cathedralis S. Pontifici reservetur, quando à Decano, in Episcopum ele[ct]io, ante Confirmationem resignatur?

36. Sic autem Branden ad Concord. q. 7. n. 24. §. 32. Wagnerbeck ad Reg. 26. (aliis 27. aut & q. 9. n. 4. Nicolarts ibid. tit. I. dub. I. 28.) Cancellaria §. ad hujus Cockier ad eand. Reg.